



**H**Einricus eius nominis septimus filius fuit  
 Heinrici comitis de Lützelburg, & Beatri-  
 cis comitissæ Hannoniæ. fratres habuit Vualtra-  
 mum, comitem strenuissimum, & Balduinū Tre-  
 uirensē præfulem: cum quibus omni genere lite-  
 rarum & cūctis uirtutibus educatus & instructus  
 fuit. Fratres tamen suos integritate, pietate, prudē-  
 tia, & armis longè superauit. quantumuis enim ei  
 paternæ opes magnæ non fuerint, tamen ea indo-  
 le erat præditus, ut cūctis rex natus uideretur. Cū  
 itaq; Albertus Rodolphi filius occisus esset, Ele-  
 ctōres Franckofurti conuenientes Heinricum co-  
 mitem Lützelbergensem Cæsarem declararūt, fra-

tre Balduino plurimū adiuuante, id quo d factum est calendis Nouemb. an-  
 no 1308. Electus itaq; Aquisgrani à Heinrico Coloniensi episcopo coronatur.